UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Desertu[m] dicitur claustru[m] propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Deſertum dicitur clauſtrum propter tria.

PRimo, quia deſertum eſt medium inter Aegyptum, & terra promiſſionis. Sic clauſtrum eſt medium inter mundum & cælum; per illud recta eſt uia de mundo ad cælum. Cant. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, &c. quaſi dicat. Rectè tendit in cælum. Pſal. Qui traduxit populum ſuum per deſertum, &c. Secundo quia ibi producitur aqua de petra, ideſt lacryma de cordis duritia, uel de Chriſti memoria. Num. 20. loquimini ad petram, & illa dabit aquam, &c. Iſa. Percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, &c. Tertio, quia ibi datur manna, ideſt dulcedo ſpiritualis conſolationis. Exo. Ecce ego pluam uobis panem de cælo, egrediatur populus, &c. Optimum igitur intra clauſtrum manere exiſtit, per quod ſeculares fugiendo uanitates, tot bona acquiruntur, quibus tandem ad cæli patriam peruenitur.

Cant. 3. Pſ. 135 Nu. 20. Iſa. 51 Exo. 16